Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

patrono gaudere / et quia quam
intro ecclie corpore apostolici ce
lebrett pontificii sacramentum nobis
tam est specialius gaudendum quod
effusum benedictionis unguentum
copiosius in superiora profluit et non pari
in inferiora descendit. ℟. Tues Petrus.
℣. Ipse inuenit eum. ℟. Domine iste sanctus. ℣.
Cum itaq; dilectissimi de consortio
istius muneris magna sit materia
et communis gaudiq; / uerior tamen
nobis et excellentior erit causa le
tandi / si non in nre humilitatis consi
deratione remoremur / cum multo
melius multumq; sit dignius ad bea
tissimi Petri apli glam contemplan
do aciem mtis attollere / et hunc di
em multo potissimum ueneratione
celebrare qui tam copiosis et irriga
tionib' inundat ut cum multa solus
accepit nichil inquequam sinit ipsius
participatione transiire. Verbum
caro factum est iam habitat in nob. /
et ad humanum genus reparandum to
tum se xpc impendebat. ℟. Inuenit
eum. ℣. Nichil indispositum sa
pientie nichil arduum erat potes
tati famulabantur elementa angelici
spes seruiebant / nec ullum inefficax
esse potuit sacramentum qd simul
ipsius deitatis unitas opabat et tri
nitas. Et tam de toto mundo unus
eligitur Petrus / qui et uniuersaru gen
tium uocationi et omnibus apostolis
cunctisq; ecclie patribus preponat / ut
quamuis in pplo di multi sacerdo
tes sint omes tam regat Petrus.
quos principaliter regit xpc. ℟. Posui
adiutorium. ℣. Magnum et mu
bile dilectissimi huic uiro consor
tium potentie sue tribuit diuina
dignatio / et siquid cum eo comune
ceteris uoluit esse principibus numquam
nisi ipsum dedit quicqd aliis non
negauit omes denique apostolos dns
quid de se opinentur homines inter
rogat et tamdiu respondentium
sermo comunis fuit quadiu huma
ne ignorantie ambiguitas prestitit
dr ubi quid habeat discipulorum sen
sus exigit / primus e in dni confessio
ne quod prius erat in apostolica digni
tate. ℟. Iste est qui ante dm. ℣. Hic
cum quisset tues xpc filius dei
uiui respondit ei ihc. Beatus es si
mon bariona quia caro et sanguis
non reuelauit tibi s; pat mis qui est in
celis / id est ideo beatus es quia pat
mis te docuit nec te opinio terrena
fefellit s; inspiratio celestis instru
xit / et non caro et sanguis s; ille me
cuius sum unigenitus indicauit.
℟. Tues pastor ouium. Ad cant. a. Tues
pastor ouium. Lectio. Venit ihc in par
tes cesarie. ℟. Amauit eum dns. ℟. Non
quia elegit te. ℟. Elegit te dns. ℟. Petre